



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Brvckeri Regiae Scient. Societatis, Qvae Berolini  
Floret, Membri Historia Critica Philosophiae**

A Tempore Resvscitarvm In Occidente Litterarvm Ad Nostra Tempora

**Brucker, Johann Jakob**

**Lipsiae, 1744**

Additamentum Praefationis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-28327**

## P R A E F A T I O.

dauisse: quo pacto dici non potest, quanta nobis sanctissimae fidei certitudo enata sit, et quoties sapientiae humanae tot tricis a regia via retractae nos fastidium ceperit, ad coeleste iubar aeternae sapientiae oculos attollentes. Qui fructus huius laboris, si quoque Lectori aequo pioque obtigerit, laeti, nos omni molestia, quam deuorauimus, esse defunctos, recordabimur, habebimusque viros cordatos, perlectis his Voluminibus, nobis consentientes, his Antonii versiculis calamum tandem ponentibus:


*Percurri, fateor, sectas, attentius omnes.*

*Plurima quaesui, per singula quaeque cucurri,*

*Nec tamen inueni melius, quam credere Christo.*

Scrib. Kaufbyrae, VIII. Cal. Maii.

A. O. R. 1700 C C X L I I I.



### *Additamentum Praefationis.*

Quum in tantam Liber hic molem excreuerit, ut a discentibus bene multis, vix sine molestia comparari et peruolui posse, pro facultatum atque temporis ratione, videretur; consulendum tamen esse studiosae iuuentutis etiam vtilitatibus existimauerim: facile ab amicis exorari me passus sum, ut Epitomen quoque maioris operis per omnes eius partes eundo, quanta fieri posset solertia, concinnarem, eamque vno volumine, eoque mediocri, in octaua, quam vocant, forma, comprehenderem. Vtibus potissimum academicis destinatus erit labor hic, et intra vnus anni spatium a Bibliopola publicari commode poterit; *introductionis* vices in *Historiam* hanc *Philosophiae Criticam* subiturus. Quo ipso conamine nouo, si indefessum de Orbe Litterato bene merendi studium meum, magis adhuc patuisse deprehendero, non male me operam istam collocasse existimabo.



IACO-